

christiani contra christianos dicto durante triennio amplius non exerceant. Satis enim superque fraternali sanguinis per fratres effusum, satis cum gravissima Dei offensa inter vos christiani reges, principes et potentatus sevitum est. Velitis ergo iniuriarium, quæ inter vos invicem illatae atque acceptæ fuerunt, 97 propter Christum Redemptorem vestrum saltem ad tempus oblivisci, ut manifestæ ruinæ vobis et universa Christi hostibus imminenti unione et concordia occurrere, unitisque animis et armis hostes ipsos, non tam propriis viribus suis quam vestris discordiis et dissensionibus confidentes, a vestris et subditorum vestrorum omniumque christianorum cervicibus repellere, nec non tot civitatibus, provinciis et regnis vobis ademptis recuperandis, fratribusque vestris crudelissimo servitulæ iugo tamdiu oppressis, opemque vestram sublatis ad cœlum manibus implorantibus a perfidissimi turcharum tyramni iugo durissimo eripiendis, viam parare possitis. Date inducias has Deo, a quo tam amplissimam in terris potestatem accepistis, uti eo vobis hoc pacto placato potestatem vestram alioquin ut certo expectare potestis, vobis auferendam refinere mōreamini; date denique inducias ipsas Christo Salvatori nostro, qui in ligno Crucis tenso corpore pendens crucifigentibus se pepereit, ac Deum Patrem pro illis etiam rogavit: qui nos de nibili a se dicatos, et per primorum parentum inobedientiam exules paradisi factos, nullis nostris mōritis sed infinita sua clementia præcioso suo sanguine redemit. Ne si, quod absit, privatas inimicitias et commoda vestra eius honori præfarentes, tam imminens eius beneficiis ingratos vos exhibueritis, sacramque eius religionem a perfidissimis hostibus conculcari et innumerabiles ipsius Christi sanguine redemptas animas, vel in miserrimam servitutem abduci, vel in exitiale infidelitatis baratrum præcipitari permiseritis, horrendum et durissimum ipsius, qui terribilis est et aufert spiritum Principum iudicium, et in præsenti et in futuro contra vos provocetis. Cœterum, quia forte peccatis nostris exigente inimicus humani generis, ubi dictæ inducias per vos nostris immo divinis his mandatis obœdientes acceptatae fuerint, quas a principio impedire non potuit temporis successu perturbare non desinet, licet eam de prudentia, magnanimitate et constantia vestris in Domino fiduciam habeamus, ut nullo modo vos eius malignitati locum duraturos arbitremur, ut tamen propterea inducias ipsæ non dissolvantur. Dubiorum, si qua super inducias huiusmodi aut earum dependentibus emergentibus annexis vel connexis quoquomodo orientur, decisionem et declarationem no-

bis tamquam summi pacis auctoris vices in terris gerentibus, una cum præfatis fratribus nostris reservamus ipsis inducias nihilominus iuxta præsentium litterarum tenorem in suo robore permansuris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inductionis decreti requisitionis et reservationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpsit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo vigesimo tertio, pridie Kalendas Maii, Pontificatus nostri anno primo. Videlicet 1523.

T. HESIUS.

A. DE CASTELLO.

Et fuit impressa

*Marini Sanuti Leonardi filii. De successu Ita-
liæ ducante Serenissimo Principe Domino
Andrea Gritti duce Venetiarum etc.*

Hessendo stà creado Principe el Serenissimo domino Andrea Gritti a dì 20 dil presente mexe di Mazo 1523, et eri matina publicato al populo et incoronado di la bareta ducal, tuto eri stete in palazzo acetar visitazion, et donne parente et altre che veneno ad alegrarsi, licet non habbi moier ni nuora ma una neza moier di sier Zuan Pixani di sier Alvise procurator; qual hessendo venuta con vestura d'oro, il Doxe, vista, ordinò si spiosasse per esser contra le leze perchè la non è di Palazzo. *Etiam* ordinò che certa sua farina havia in Fontego fusse posta a soldi 12 mancho il staro di quello si vendeva, et si dice vol meter fin stara 2000 farina in Fontego a dito precio. Fu fatto questa note gran feste, oltra le lumiere per li campanelli, in caxa di l'orator dil re Christianissimo a San Moisè, a cha' Dandolo, et in caxa di sier Alvise Pixani procurator fo fatto fuogi et feste.

Fo terminato, per il Doxe con la Signoria, di perlongar ancora per 8 zorni la Sensa; et cussi le bo-tege vien refate in Piazza. *Etiam* vol andar a sposar il mar, perchè per la morte dil Doxe passato non si potè andar et far il pasto solito.

A dì 22 Mazo. Nel qual zorno lo Marin Sanudo nasiti, et ho compito anni 57. La matina, el Doxe volse venir con gran triumpho di esser accompagnato di veste di seda a messa in chiexia di San Marcho. Mandò a invitar li oratori et li XLI et quelli